


1. 11. 11.

Xf. 4. d.

3-6

de





JUSTI VESTI,

MED. DOCTORIS & P. P.

IN

ACADEMIA ERFURTENSI,

DE

PURGATIONE
DOCTRINA

THEORETICO-PRACTICA,

BREVIS & SUCCINCTA,

Secundum Neotericorum mentem

ADORNATA

&

MEDICINÆ STUDIOSIS, PRACTI-

CIS^q JUNIORIBUS

apprimè UTILIS & summè

NECESSARIA.

EDITIO SECUNDA & AUCTION.

ERFURTI,

Typis JOHANN. HENR. GROSCHL,

Impensis, JOH. CAPAR. BIRCKNERL

Anno M. DC. LXXXVIII.

ECCLESIAST.

Cap. XXI. vers. 18.

Λόγον σοφὸν εἰς ἀκρότην ἰσχυρῶν,
αἰγέσθ' αὐτὸν, καὶ ἐπ' αὐτὸν προσθήσθ'

Id est :

*Sapiens aliorum prudenter dicta ap-
probat atque amplificat.*

REVERENDISSIMO ET ILLU-
STRISSIMO DOMINO,
DOMINO
JOHANNI JACOBO
WALLPOTHO,
LIBERO BARONI A BASSEN-
HEIM, DOMINO IN BORN-
HEIM, OLBRUCK ET
WALLDORF,

Metropolitanae Ecclesiae Mogun-
tinae Capitulari, Equestris ad S. Alba-
num, ut & Collegiatae ad S. Victorem
Canonico, Eminentissimi PRIN-
CIPIS ELECTORIS MOGUN-
TINI, Domini nostri Clementissimi,
Consiliario Intimo, Urbis
atque Territorij Er-
furtensis

PRO-PRINCIPI ac GUBERNATORI,
DOMINO Meo Gratosissimo.

AD varios Academicos me-
os labores, PRO-PRIN-
CEPS

A 2

CEPS

DEDICATIO.

CEPS ILLUSTRISSIME,
 præsens simul Pertinet *Doctri-*
na de PURGATIONE, quam pu-
 blicis Lectionibus ante quadri-
 ennium Studiosæ Juventuti ad
 calamum non tantùm propo-
 sui, sed etiam exposui & dis-
 curtu illustravi. Quod au-
 temtem *illam* in publicum
 jam typis prodire patiar, ma-
 ximoperè me commovit ejus
 utilitas, imò summa necessitas:
 indies enim à junioribus non
 tantùm Medicis, sed etiam
 proh dolor! ab Empiricis &
 indoctis Medicastrois (quibus
 Medi-

DEDICATIO.

Medica praxis multis, etiam in
nostra Civitate, calamitosa,
quæ seculi hujus labes est, con-
ceditur) varij, iiq̄ue gravissi-
mi, circa medicamentorum
purgantium usum commit-
tuntur errores, ad quos emen-
dandos præsens collimat me-
us labor. Cùm autem nemo
in publicum prodiens censu-
ras & iniqua hominum judicia
effugere possit, TIBI, P R O-
PRINCEPS ILLUSTRISSI-
ME, *Doctrinam* *banc* *de* *PURGA-*
TIONE, quo ad pagellas quĩ-
dem exiguam, sed quo ad u-

A 3

sum

DEDICATIO.

sum satis magnam submissè
 offero ac consecro, humillimè
 petens, dignetur TUA RE-
 VERENDISSIMA & PERIL-
 LUSTRIS GRATIOSITAS
 à cunctorum malevolorum
 obtrectationibus *illam* pro sua,
 quâ valet, summâ Autoritate
 defendere atque tueri. Inte-
 rim ego *DEUM Ter Optimum*
Terq; Maximum ardentissimis
 precibus invocabo, velit TE,
 PRO-PRINCEPS ILLU-
 STRISSIME, in nostræ Ele-
 ctoralis Academiae atque Re-
 ipublicæ Erfurtensis decus ac
 incre-

DEDICATIO.

incrementum salvum atque
incolumem servare ad annos
usque Nestoreos

Dabam e Museo Erfur-
ti die 8. April.
Anno 1686.

REVERENDISSIMÆ & PER-
ILLUSTRIS VESTRÆ
GRATIOSITATIS

humillimus servus

JUSTUS VESTI, D^s

Am.



Auctorum Veterum dum discutis at-
que Novorum
dogmata, quæ monstrant, ratione
cathartica quali
in Medicò sint danda forò, Collega co-
lende,
Augiæ stabulum benè purgas Herculis
instar:
Veni probas doctè melesemata, falsa re-
futas,
quæque Merodano * placuit statuisse
Toparchæ,
exactè trutinariis, ut hinc Studiosa ju-
venis,
qui prodesse paras, evadat cautior olim,
nec manibus trahet sacra hæc venerandæ
profanis,
nec duplicata truci solvantur neula Cha-
ronti.
Egregias laudes hæc sedulitate mere-
ris,

* Helmont.

fic-

*sicque fores celsam Tibi pandis honoris
ad eadem.*

αὐτοῦ ἰδ.

D. GEORG. CHRISTOPH.
PETRI ab Hartenfels /
Com. Pal. Cæs. Med. Electo-
ral. Mog. & Erfurtens. Ord.
Fac. Med. p. t. Decanus.

Qui Medicam tractas, VESTI, felici-
ter Artem,

Abdita jam multis multa patere facis.
Sic poterunt rectè medicamen condere
purgans,

Corpus & ut possit, mensque valere
diu;

Hinc celebris Medicus meritò nunc
plaudis & audis

Et reddet Famam, quem dabis, ille li-
ber.

*Novi & elegantis operis edi-
tionem cum affectu con-
gratulabatur*

JOHANNES PHILIPPUS Eysel/
Med. Doct.

A 5

Felix

Felix qui potis est *uno* servire labore
Pluribus, ac uno *commoda* plura
dare.

VIR MEDICUS VESTI facit hoc non ul-
timus inter

Pœoniâ claros dexteritate viros.

Quæsieris forsan, quî fiat? Volve libel-
lum,

Qui prodit dictâ dexteritate Viri.

Consulit is stomacho mentes & purgat e-
orum,

Artem purgandi qui didicere minùs.

Bina dabunt *geminum*, TIBI, VESTI,
commoda honorem:

Pergito sic Medicâ scribere plura ma-
nu.

*In merito gratitudinis ac a-
micitia tesseram gratu-
lab. appos.*

H. C. ALBERTI, D.

Invida stultitia est, cui cuncta Recentia
fordent;

Stulta hæc Invidia est, cui Nova sola
placent!

Cor-

Cordatè dixit, quisquis, me iudice, dixit:
Nam dedit haud uni noscere cuncta
DEUS.

Sed latet in puteò Verum, quod ut ex-
trahat inde,

Cordatum Medicum quemque stude-
re decet.

Præsenti Scripto cum Tu, *Clarissime Do-*
ctor,

Hoc facias, Veteres conciliando No-
vis:

Quid Philiatrorum hoc Tibi nomine de-
beat Ordo,

Agnoscit, memorem pollicitans ani-
mum.

Perge Machaoniis porrò inclarescere,
Scriptis,

Fama Tuum nomen sic super astra ve-
het.

Debitæ observantiæ ergò
l. m. q. f.

JOACHIMUS ARNOLDUS
WICHMANN, Hildesi-
ensis, M. C.

A 6

DO-



DOCTRINÆ
de
PURGATIONE
PROOEMIUM.

§. I.

SI ullâ circa medicamentorum
applicationem cautelâ & cir-
cumspeditione opus est in arte Me-
dica, ut res præter naturam, i. e.
morbus, causa morbifica atqve sym-
ptomata, tuto ex corpore humano
removeantur; opus sanè hæc erit, ubi
humorum peccantium & abandan-
dium erit instituenda purgatio sive
evacuatio. Non enim, ut Galenus
loquitur, lateres, lutum, ligna, la-
pides &c. artis Medicæ, sicut alia-
rum artium, sunt materia, in qui-
bus

bus citra cuiusquam damnum mutifariam quid experiri licet ; sed occupatus potius est Medicus circa hominem , ut creaturarum nobilissimam , ita facile destructibilem & in horas mutabilem.

§. 2. Accedit, quod purgatio ingenti periculo sit conjuncta, dum ab imperitis tempore importuno perperam & quandoque nimia instituitur: colliquesactiva enim & putrefactiva secundum Helmontium, ipsamque Experientiam facultate praedita sunt purgantia, ut peccantibus in corpore humoribus deficientibus, utiles etiam & retinendos, ipsumque nutrimentum rorscidum liquefaciant, corrumpant atque in perniciem vitalis oeconomiae evacuent. Hoc non tantum virium prostratio, sed totius etiam

iam corporis emaciatio ac artuum
 vacillatio, vehementiorem purgati-
 onem subsequentes, testantur. Quo
 itaque jure & conscientia Pharma-
 copæi cuilibet indifferenter purgan-
 tia vendant, ex dictis satis con-
 stat.

§. 3. Purgans etiam medicamen-
 tum semel in ventriculum vel tem-
 pore importuno, vel in majori dosi
 per errorem assumtum gubernari &
 coërceri nequit: & licet opiatis ve-
 hementior vis purgans domari &
 inhiberi quidem possit, non tamen
 illud fit citra illius, qui purgans
 oporè integrè assumfit, detrimentum.
 Sanguis enim à mistura ejusmodi in-
 congrua & corruptiva eòusque de-
 pravatur & talem dyscrasiam acqui-
 rit, ut recrementa & corruptelas
 suas

PROOEMIUM.

4

suas in habitum corporis fundens, pustulas & vesicas aquosas in cute prorumpere faciat, & quandoque pathemata quasi leprosa excitet. Vid. Doctiss. Willisij de Purgatione pag. 60.

§. 4. Opera pretium itaque me facturum arbitror, si difficillimam de Purgatione doctrinam, gulosoque hoc seculo summè necessariam thesibus subsequituris proponam, quaeque per annos duodecim in praxi circa purgationis usum & abusum summa cum industria observavi atque collegi, inter Philiatros, Practicosque juniores impraesentiarum distribuam, ut illi cautiùs mercari discant. Non verò quod, notandum, circa purgantia, illorumque proprietates & dosin occupatus est hic meus labor,

§

PROOEMIUM.

bor, sed purgationem ipsam, i. e. verum medicamentorum purgantium usum.

§. 5. Melioris igitur doctrina gratiâ, doctrina hæc in tria dividitur capita, quorum primum tres ventilabit quæstiones. Primò, an electivè dentur purgantia, i. e. an natura & pharmacia talia proferant medicamenta, quæ solùm sint vel cholagoga, vel melanagoga, vel hydragoga, vel phlegmagoga. Secundò, per quosnam ductus fiat separatio humorum noxiorum expurgandorum de massa sanguinea ad intestina. Tertia purgantium operandi modum ac in quo medicamentorum virtus purgandi specifica consistat, enodabit. Secundum caput docebit, An, Quid, Quantum,

PROOEMIUM.

6

tum, Quomodo, & Quando pur-
gatio sit instituenda & usurpanda.
Tertium selectiora purgantia, illo-
rumque formulas ad exemplum ex-
hibebit, uti etiam regimen circa
purgationem im-
perabit.



CAP.

i. e.
nti-
gra-
itur
nti-
ele-
na-
rant
vel
by-
se-
se-
ur-
ad
pe-
en-
a
m
an-
m,





CAP. I.

§. I.



U t eò melius, quid propriè sit Purgatio, intelligatur, meritò theses præsentès à definitione exordior, præmissâ tamen brevissimâ notatione etymologi: derivatur enim Purgatio à purgando, Græcè καθάρσις, dicitur ἀπὸ τῆς καθάρσεως, in specie Hippocrati Φαρμακία. Est verò Purgatio humorum noxiorum in corpore abundantium,

um, mediante naturæ motu,
 à pharmaco instituto, ad inte-
 stina detrusio & per anum
 evacuatio.

§. 2. Dixi humorum noxiorum
 abundantium: per hos intelligun-
 tur *bilis, serum, pituita, liquor glan-
 dularis*, tum quantitate, tum qua-
 litate peccantes, item *acidum* di-
 versi generis, à præcedente mala-
 diata per corruptas fermentatio-
 nes contractum. *Omne enim ma-
 nifestum est excessivum acidum in
 corpore est morbosum.* Quod si
 autem nudà peccant qualitate di-
 cti humores, non sunt evacuandi,
 sed alterantibus potius corrigen-
 di & immutandi.

§. 3. Licet etiam ista evacuatio,
 quæ

quæ fit per vomitum, sudorem, salivationem &c. fit purgatio, in Medicina tamen usu receptum est, istam evacuationem, quæ fit per intestina & anum, κατ' ἐξοχὴν purgationem appellari.

§. 4. Evacuantur porrò noxij & peccantes humores vel à Natura, quæ suâ sponte corpus ab impuritatibus liberat, vel per pharmaca: adeoque alia purgatio est spontanea sive naturalis; alia coacta, quæ etiam artificialis Medicis audit. Relictâ jam priori, de posteriori in præsentiarum agemus, additum propterea fuit in definitione, quod sit evacuatio per pharmaca sive medicamenta.

§. 5. Quod primam attinet questionem in præmio propositam:

An

*An electivè dentur Purgantia, pri-
 mō intuitu respondere quidem,
 possem cum Clarissimo Amman-
 no, quod non; inquit enim cap. 9,
 de Purgatione Parænes. ad Discen-
 tes: Electivè purgantia, quæ hacten-
 us præter necessitatem Schola Ga-
 lenica somniavit, re verâ non dan-
 tur; quis enim purgantibus conces-
 sit electionem vel intellectum? Ra-
 tiones pro negativa sunt sequentes:
 quia (1.) non dantur isti quatuor hu-
 mores, quibus hæc electivè purgan-
 tia fundantur. (2.) Catholica pan-
 chymogoga & universalia destru-
 unt electivè purgantia, & quodlibet
 purgans purgat absque proeresi
 quemvis humorem obvium peccan-
 tem. (3.) Nec color excrementorum
 aliquid vel pro bile aut melancho-
 lia*

*lia evacuanda concludit. (4.) Nec
mibi res est cum εναρφαζοις. Er-
gò apage has ineptias. Vid. etiam
Methodus medendi Joh. Walæi
pag. m. 25.*

§. 6. Si autem paulò penitiùs
specificæ purgantium virtutes
considerantur, *non omninò Veterum
de electivè purgantib. doctrina erit
rejicienda*: illò tamen sensu, quò
olim Galenica Schola hanc tradi-
dit, non erit retinenda, quod ab
hoc vel illo purgante tantùm hic
& non alius evacuetur humor pec-
cans. Experientia in hoc passu
optimus rerum magister est, si qui-
dem hæc docet, ab assumpto *rha-
barbaro* parùm serosi humoris in
hydropicis evacuari, ubi verò *ra-
dix iridis nostratis, jalappæ, esule*
&c.

&c. adhibentur, ingens laticis a-
 quosi quantitas, unà tamen cum
 aliis noxiis humoribus per alvum
 exturbatur. Et licet quatuor hu-
 mores massam sanguineam consti-
 tuentes, ceu Galenicum commen-
 tum, dudum sint explosi, nonnun-
 quam tamen præternaturaliter e-
 jusmodi humores in corpore hu-
 mano colligi & ab Archæo debilio-
 re coacervari Experientia testatur
 quotidiana.

§.7. Non autem electivè quasi
 purgandi virtus consistit in electi-
 one arbitraria & intellectu, sed po-
 tiùs *in majori, minoriq; purgantium*
acrimonia & spiritus nostros irri-
tandi potentia. Vid. Compend.
 nostr. Instit. Medic. §.9. cap. i. Lib.
 VI. Hinc pro humore peccante
 evacu-

evacuando citra omne dubium *selectus purgantium*, ut in diaphoreticis, diureticis, aliisque evacuantibus erit concedendus & admittendus, quod tamen pace supra laudati Ammanni dixerim.

§. 8. *Ductus sive meatus*, per quos humores peccantes & impuritates ad intestina deferuntur, sunt varii: bilis enim per meatus satis apertos, & quidem cystica per peculiarem ejus canalem, hepatica verò per ductus hepaticos Anatomicis dictos, & demùm per porum choledochum ad intestinum descendit duodenum. Pituita etiam ac diversi præternaturales acores (puta stomachi atque pancreatis, qui secundum monitum Sylvij prius sunt alterantibus

cor-

se-
re-
n-
it-
orà
er
u-
ur,
us
ca
e-
os
er
ti-
pi-
u-
ue
ni-
us
or-
corrigendi,) in primis viis hæren-
tes facillimo negotio per longam
intestinorum fistulam & anum à
motu peristaltico citatiori, fortio-
ri ac irritato, (sive ut Veteres loqui
amant, à facultate expultrice irri-
tata) possunt expurgari.

§. 9. Verùm, vias sive meatus,
per quos vel sanguis crudior, id est,
pituita, vel aqua hydropicorum,
vel serum, vel lymphæ glandularis
in catarrhosis est expurganda, eno-
dare, non caret difficultate. Prisci
apud seculum prius ad occultos
confugerunt ductus: sed quid opus
est occultis, ubi ad fundum satis ma-
nifesti? Notum enim est ex Anato-
micis ac Physiologicis, internam
ventriculi tunicam rugosam, esse
totam glandulosam atque in statu

B

natu-

naturali liqvore utilissimum, ceu fermentum plorare, quod alimentis probè masticatis & deglutitis admixtum, eadem in fermentationem concitat.

§. 10. Recensitæ hæ stomachi glandulæ à vomitorio sive purgante, nostris spiritibus inimico, assumpto vellicatæ ac stimulatæ copiosissimum fundunt serum, aliasque sangvinis sordes ex corpore eliminandas de massa sangvineâ separant in ipsam ventriculi cavitatem, quæ ab assumpto vomitorio per os, à purgante verò per anum excernuntur.

§. 11. Idem quoque sentiendum esse videtur de intestinorum glandulis miliaribus à purgante præternaturam stimulatæ; licet enim hæ

in

in statu naturali probabiliter sint occupatae circa viscosam materiam de sanguine separationem, quae mucum & pituitam naturaliter constituit intestinale; praeter naturam à purgantibus irritata & affecta, pristini officij immemores, serum copiosius de sanguine ad ipsam intestinorum cavitatem separant. Et inde abdominis tormina, purgationem ut plurimum concomitantia, dependere judicandum est, in primis serò acriori existente, uti in Scorbuticis. Sic per satis amplum & apertum pancreatis ductum, ab inventore Wirsburgianum dictum, eadem materia commodè potest evacuari.

§. 12. Per jam commemoratas vias sive meatus pituita p. n. in
san-

sanguine hærens itidem evacua-
tur, sed prius attenuata, resoluta
& ad educationem præparata, ut
per subtilem ac porosam glandu-
larum texturam transgredi queat:
id quod præcipit Hippocr. aph.
12. lib. 1. inquiens: *πέπνυε φάρμα-
κόνειν καὶ κινῆσειν δεῖ, μὴ ὠμά, i. e. cocta
& digesta medicamento purgare ac
movere oportet, non cruda.* Rectè
proinde in cacochymicis & pitui-
tosis procedunt Medici, si purgan-
tibus *alterantia, incidentia, resol-
ventia* & pituitam ad egressum
præparantia, præmittunt, vel sal-
tem immiscent, si purgatio differ-
ri diutiùs nequeat.

§. 13. In serosis ac catarrhosis
lymphæ sive liquor glandularis
præternaturalis ab assumpto pur-
gan-

gante commotus primùm per ductus lymphaticos & thoracicum Pecquentianum massæ sangvineæ advehitur cū eâque commiscetur ut cor, pulmonesq; simul transeat, deinde per truncum arteriæ magnæ descendentem, mesentericam arteriam ac ejus ramulos ad intestinorum glandulas miliares propellitur atque descendit: idem de diarrhæa aquosa erit sentiendum. Propterea diarrhææ serosæ optime succurrunt diaphoreticis, serum ad intestina cum impetu ruens, ad corporis peripheriam ac cutem avertentibus atque per sudorem eliminantibus.

§. 14. Notum etiam est ex Physiologitis, spiritus influentes & ani-

B 3

males

males & vitales cum intestino-
rum infito, sive archæo chylum in
intestinis planè vaporosum ac spi-
rituosum reddere, ut ad destina-
tos usus divina etiam corporis lo-
ca penetrare possit: sic è contra-
rio Archæus noster, nimirum uni-
versalis, (de quo vide Compend.
Instit. nostr. §. 2. cap. 5. Libr. I.) à
purgante specificè turbatus ac sti-
mulatus, quemvis humorem, re-
motioribus etiam in locis, resolvit
ac in forma roris, vaporisque in-
testina versus propellit. Testa-
tur hoc *diarrhæa spontanea mor-
bum chronicum sæpiùs solvens:*
ex quo Hippocratis dictum profe-
ctum videtur, quod *natura mor-
borum sint medicatrices, Φύσις τῶν
ὑστέρων ἰατρικαί.*

§. 15. Simili se habet modo cum
aqua hydropicorum in cavitate ab-
 dominis stagnante, *sanguineq;* coa-
 gulato in diversis corporis parti-
 bus hærente, qui itidem per alvum
 sapissimè expurgantur, uti illud
 quotidiana testatur Experientia.
 Sic Schenkius varias observatio-
 nes annotavit, ubi à detruncatis
 manibus & pedibus cruor ad inte-
 stina redundavit, hinc *dejectiones*
subsecuta fuere cruenta. In cor-
 pore enim humano omnia sunt
 perspirabilia & transpirebilia, &
 purgans aliquod intra corpus sum-
 tum, totum purgat hominem nec
 non hærentes humores in extre-
 mitatibus partium divertit ad in-
 testina.

§. 16. Tertia in præmio addu-

B 4

cta

Etta quaestio fuit, *quisnam purgantium sit operandi modus, & in quo eorundem consistat virtus cathartica.* Quod primum attinet, statuendum modum operandi in purgantibus esse fermentativum, quem resolutio & liquefactio subsequuntur: omnes enim vicissitudines, resolutiones & transmutationes secundum Helmontium *operantur sunt fermenti.* Sic purgans medicamentum feбри acutâ ardenti- que malignâ laboranti perperam exhibitum, ubi sanguis in summo jam est fervore ac ebullitione, effervescentiam sanguinis cum insigni virium jactura adauget in præsentissimum vitæ periculum, quod inopinata mors ægrotantium sæpissimè hactenus testata est. Pul-
 sus

fus etiam, assumtò purgante, illo-
que operante frequentior ac cele-
rior deprehenditur, in argumen-
tum, massam sanguineam, spiritus-
que, sive archæum majorem ac
concitationem concepisse fermen-
tationem.

§. 17. Non verò purgantia me-
dicamenta fermentationes in cor-
pore excitant blandas, svaves ac
naturæ, sive spiritibus nostris ami-
cas sicuti cordialia medicamenta,
balsamica ac confortantia, v. g.
cinnamomum, moscus, ambra, mar-
garita, lapides pretiosi &c. quæ spi-
ritus corroborant, exhilarant, à
peregrinis, morbofisq; ideis eos-
dem exsuunt, atque amicabiles
ideas, spiritumque luminosum il-
lis imprimendo, vitalem fermen-

B 5

tati-

tationem adaugent : sed potiùs archæam stimulando, fermentationesque naturales perturbando, semper de vitalitate aliquid abradunt, imprimis *corruptis humoribus deficientibus*, ut propterea Helmontius *vim colligativam illis tribuat*, vid. ejus Tract. quem appellat Scab. & ulcera Scholeum §. 7. conclus. 10.

§. 18. Hinc est, quod post purgationem semper *corpus debilitetur*, dispersis, absumentis atque defatigatis spiritibus. Circumspectè propterea purgantibus procedendum pharmacis, nec citra accuratissimam indicationem ex signis & circumstantiis desumptam, eadem adhibeantur: purgantium enim ideæ *ita nostris spiritibus contrariantur*,

tur, ut præternaturalis & peregrina fermentatio in corpore excite-
tur, ita tamen, ut humores quan-
titate & qualitate simul peccantes
(quandoque etiam utiles) ex toto
corpore ad intestina præcipiti lap-
su ruant. Deinde etiam, glandu-
le intestinales simul à purgantibus
stimulantur ad materiam allicien-
dam, quod §. II. fuit monitum.

§. 19. Ideas purgantium recen-
sitas, si acidis tollimus ac morti-
ficamus, ipsam vim purgandi tol-
limus. Est autem *idea qualitas*
spiritualis, secundum quam qualita-
tis normam & regulam spiritus li-
mitatè agit, alioquin actus spirituum
esset universalior. Sic iedex effe-
ctrices & operatrices sunt omnium
rerum, & medicamentorum ideas,

qui tollit, ipsorum virtutes ac proprietates tollit. De ideis plura vide apud Helmont. Joh. Marcum Marci à **Kronland**/ it. in Disp. de Transmut. Metall. cap. II. B. Dn. D. Cramerii.

§. 20. Non itaque purgantia manifestis & salinis agunt qualitatibus, motumque ratione particularum in corpore excitant dictum fermentativum, alioquin & *salsa*, *vel amara*, *vel alcalina* &c. etiam purgarent, sed quatenus ideas ejusmodi purgatrices, quæ ad sensum sunt occultæ, possident. Concedenda quidem in purgantibus alcalina quædam virtus, quia energia illorum ab acidis quibusvis, si non omninò destruitur, saltem mitigatur & infringitur. Hanc autem
ad

ad purgationem esse *insufficien-*
tem, quotidiana testatur Experien-
 tia, alioquin *ocul.* ☉. *spir.* ✱. ☉♀*r.*
 aliaque etiam purgarent.

§. 21. Quamvis etiam purgantia
 consent secundum Willisium *re-*
sinâ acri, amara, plus minus causti-
câ quidni eadem virtus purgandi
 in *resina quajaci* sese manifestat, ac
 in *resina jalappe & scammonij*? Sic
myrrhanon minus amaricat, quam
aloë, vim tamen alvum commo-
 vendi frustra quis in illa expecta-
 bit. *Flores & vitrum ☿ nij* *avv*
ngv kato purgant, licet sint insipi-
 da. *Reguli ☿ nij gobulus* assumtus
 alvum movet, eodem tamen pon-
 dere, viribusque nihil infractis,
 rursus excernitur, ut effectum ir-
 radiativè citra particularum amif-

fionem tantum præstet. *Piper, Zin-*
ziber, & Liag. lixiviosa ingentem,
 possident acridinem, non tamen
 alvum turbant. Ex adductis igi-
 tur satis constare arbitror, aliundè
 virtutem purgantium dependere,
 quam à principio *Alino, alcalino,*
Æreo &c. hoc autem secundum
 Recentiores constituunt *ideæ pur-*
gatrices. Si tamen in *Alino* hæ
 concurrant principio, feliciùs in
 pituitosa, quàm biliosa cacochy-
 mia eadem posse adhiberi, quis
 non videt? Vid. superiùs §. 7.

CAP. II.

§. I.

THeoriã circa Purgationem co-
 gnitu necessariã, brevissimè per-
 actã, necesse est, ut hõc capite illa,
 quæ circa praxin & dextrum pur-
 gan-

gantium usum, quinque nimirum sequentibus scopis comprehensum, *An, Quid, Quantum, Quomodo & Quando* purgatio sit instituenda, sunt occupata, proponantur ac explicentur.

§. 2. *An* igitur purgatione opus sit, tum morbi materia peccans, tum agrotantis vires indicant. Si enim morbus à cacochymia dependeat, viriumque robur, i. e. vigor spirituum, adhuc adsit, omnino corpus erit purgandum: nam humor, cujus prava qualitas per alterantia corrigi nequit, in primis crassior & in primis viis adhuc subsistens, per nullum aliud auxilium commodius, quam per purgans vel vomitorium [si nimirum ad vomitum, inclinēt patiens] ex corpore

pore

pore eliminatur, præfertim archæo sive naturâ adhuc valente, ut medicamento vim in actum deducere possit.

§. 3. E. contrario verò in morbis idealibus sive archæalibus, febribusque malignis, quò etiam vario- læ atque morbilli pertinent, prorsus ab omni purgatione est absti- nendum. Ideæ igitur morbosæ spiritibus impressæ rectius per spe- cifica alterantia invertuntur & ex- pelluntur, quàm purgantia. Cùm etiam in superioribus dictum sit, purgantium operandi modum in peregrina consistere fermentatio- ne, in febribus hinc malignis nul- lo modo adhibenda sunt purgan- tia; sanguinis enim fervorem, spi- rituum orgasmum & morbi ma-
ligni-

lignitatem adaugent. Sic exan-
thematum eruptiones in hisce af-
fectibus diaphoretica indicant, ut
hæc naturam imitando fermentum
malignum morbosum unâ
cum aliis sanguis excrementis à
centro quasi ad peripheriam ex-
pellant.

§. 4. Ex supra commemoratis
notum, quod purgantia medica-
menta vim colliquativam, Galeno
atque Helmontio testibus, obti-
neant, hinc planè non conveni-
unt, nisi cacochymia, humorumq;
adsit abundantia. Colliquant e-
nim purgantia secundum lauda-
tos Autores, ipsamque Experien-
tiam ac putrefaciunt, si exhiben-
tur nullâ præsentè cacochymiâ,
nutrimentum roscidum, sangvi-
nem,

nem, imò ipsam carnem molliorem fibris muscularibus intertextum, simulque spiritus dissipant ac avolare faciunt: sequuntur propterea purgationem intempestivè usurpatam, atrophiam, marasmus, vertigo, animi deliquium, tormina, viriumque jactura, aut ad minimum totius corporis lassitudo, quod quotidiana testatur experientia.

§. 5. Et licet humorum corruptorum adsit abundantia; si tamen vires nimio langvore, morbi que vehementiam sint prostratae, purgatio nullo modo est attentanda. Qui enim fieri potest, ut natura jam imbecillis, à spirituum dependens absuntione, si adhuc vi pharmacorum ipsis inimicorum

rum

rum laceffantur ac diffipantur, morbo, ejusque caufæ vehementiæ non succumbat, & magis magisque deperdatur? Quid autem per Naturam modò dictam intelligatur, five quomodo illa in foro Medico fit concipienda, vide in Compend. nostro Inftit. Medic. lib. I. cap. 5. §. 2. & Exercit. de Calido Innato Excell. noſtri Leichneri.

§. 6. Ad morbi igitur materiam, viriumque vigorem & integritatem in applicatione purgantium medicamentorum simul eſt reſpiciendum. Sed quaeritur, quid ſit agendum in febris ſummè acutis atque malignis, ubi alvi coincidit obſtructio, vires verò ſimul ſunt proſtratae? Reſpondetur, alvum *balano ſive ſuppoſitorio* eſſe ſolici-

licitandam, hōc verò nihil effici-
ente, alvus laxa est reddenda *clyste-*
re emolliente atque simul stimulan-
te, nisi aliæ circumstantiæ [qua-
rum minima etiam est attenden-
da,] ejus usum interdiciant, vide
Observat. Practicas. Quod si ve-
rò patiens vel ob pudorem, vel ali-
ud metuens periculum à clysmate
abhorreat, pilularum *aloërticarum*
Frankofurtensium XV. vel XX. ex-
hibeantur, utpotè fermento pu-
tredinali simul resistentium. In
siccioribus autem magis conducit
decoctum Tamarindorum cum cre-
more ♀ ri, vel *prunorum Damasce-*
norum cum foliorum sennæ modico,
ab hisce enim, ceu eccoproticis,
scybala duriora commodè emolli-
entur ac expelluntur, ut alvus a-
perta

pert
à le
jori
unc
S
bi m
sym
tem
ann
den
ram
cen
vide
Me
tib.
Cl.
Te
cum
tes
lios

perta laxaque præstetur, nec est, ut
à leniorum ejusmodi usu de ma-
jori sanguinis ebullitione spiritu-
umque absuntione metuas.

§. 7. Quid sit purgandum, mor-
bi materia & reliqua coincidentia
symptomata & circumstantiæ à
temperamento, ætate, vitæ genere,
anni tempore atque diætâ præce-
dente desumptæ indicant. Tempe-
ramenti doctrinam secundum Re-
centiorum mentem adornatam
vide in Compend. nostr. Instit.
Medic. lib. I. cap. 3. §. 4. & sequen-
tib. it: Medic. Hippocr. Chym.
Cl. Ethmüll. pag. m. 24. & seq.
Temperamentum itaque choleri-
cum, morbi que à bile provenien-
tes, v. g. *icterus flavus, vomitus bi-
liosus, febris ardens biliosa non ma-
ligna*

signa s. causus &c. bilem, nec ullum alium humorem evacuandum esse, indicant. Melancholicum temperamentum, quum hodiè rectissimè ab acido abundante vel exorbitante derivetur, acidi exclusionem expetit. Morbi aquosi, serum superfluum expurgari jubent. Phlegmaticum temperamentum pituitam ex corpore eliminandam esse monstrat.

§. 8. Verum, dum discrimen humoris evacuandi in praxi probe attendendum agnosco, mens mea non est, *dari secundum Galenicos ita strictè elective purgantia*, quæ ex insita sua natura vel solum bilem, vel pituitam &c. nec ullum alium evacuant humorem, sicuti §. 8. & 9. cap. I. hæc opinio fuit
col-

collifa; sed purgantium acredines
salinæ resolventes atque irritandi
potestates ratione idearum ma-
ximè veniunt considerandæ. Sic
etiam alia, purgantibus addita,
hunc vel illum humorem ad edu-
ctionem magis reddum disposi-
tum.

§. 9. Per exempla res fit clari-
or; in biliosis enim non tantum
conveniunt veterum cholagoga,
ut quæ in majori dosi assumpta in-
discriminatim etiam alios simul
evacuant humores, sed lenia fal-
tem, aut fortiora in minori dosi
applicata, additis simul, quæ bilis
orgasmus impediunt, qualia sunt
cremor & crystalli \square *r. it.* \dagger *dia-*
phoreticum. Bilis enim est humor
acris & oleoso-salinus, qui levissi-
mò

mō purgante assumpto facilè movetur atqve expurgatur. Errant propterea, qui pro bile evacuada, addunt vel *olea destillat.* vel *salia fixa*, v.g. *absinth. cad. ben. fumar. &c.* hæc enim bilis orgasmum augent, pituitamqve simul incidunt atqve abradunt intestinalem, quæ sæpssimè in Cholericis deficere solet. Exempli gratiâ pulvis cholagogus sit talis:

℞. Crem. ℥r. gr. xv.

Diagrid. s. scammon. ℥r. gr. vij.

℞ diaph. gr. v.

M. F. Pulvis.

§. 10. Quod si *diagridij* dosis augetur & locō *cremoris* ℥ri ⊖ *absinthij* addatur, idem medicamentum reliquos humores simul educit.

cit. Exercitij gratiâ, sit haustus e-
vacuans bilem talis :

℞. *Aq. cichor. unc. j.*

fœnic. unc. ß.

Crem. ♀r. scrup. ß.

♂ *diaph. gr. vj.*

Elect. cholag. Sylv. drachm. ij.

M. F. Haustus.

Alius.

℞. *Rhabarb. orient. ver.*

Fol. senn. Al. s. st. ana dr. j.

Crem. ♀r. drachm. ß.

Fl. violar. p. ij. infund.

in aq. cichor. unc. iij.

stent per noctem loco tepido,

colat. express. add.

Syr. rosar. solut. drachm. ij.

Elixir. prop. Par. gt. vj.

M. F. Haustus.

§. II. Si melancholicus, vel hy-
pochondriacus, utpotè in quibus
semper *acidum peccat*, est purgan-
dus, dosis purgantium augeatur :

C

dis-

difficillimè enim tales purgantur,
 quoniam acida infringunt virtu-
 tem purgatricem, ideasque pur-
 gantium specificas planè inver-
 tunt. Addi simul debent, quæ aci-
 dum corrigunt, secundum admo-
 nitionem Sylvij: humor enim aci-
 dus cum intensissimis doloribus ex
 corpore expurgatur, nisi acrimo-
 nia ejus simul mitigetur ac corri-
 gatur. Commodè verò purganti-
 bus pro acido temperando addun-
 tur olea destillata aromatum, v. g.
ol. citr. fœnic. anis. cinnam. mac.
caryoph. &c. Olia alcalia fixa, v. g.
 ♀r. *absinth. fumar. fœnic. &c.* im-
 primis verò ♂ *diaph. limatura*
 ♂ *tis preparat.* & inde confectus
crocus ♂ *tis aperitivus* dictus, item
crocus atque castoreum. Nullate-

mīs

nus verò acidula laxativa, qvalia
sunt *cremor & crystalli Fri*, simul
addantur.

§. 12. Pro sero atqve pituita e-
vacuanda fortiora itidem requi-
runtur purgantia, vel saltem ma-
jor eorundem dosis, additis simul,
qvæ pituitam vitream atqve visco-
sam incidunt, resolvunt atqve ab-
radunt. Notandum etiam, aqvas
hydropicorum non qvævis educe-
re purgantia, sed saltem fortissi-
ma, v. g. *flores Sij rubri*, i. e. cuni
✠ sublimati, *gummi gotte*, e-
jusq; *magisterium*, *radix iridis*
nostratis, *esule &c* Commodè
etiam purgantibus ad pituitam e-
vacuandam adduntur olea aroma-
tica partim pro flatibus discutien-
dis & pituita resolvenda, partim.

verò pro fibrarum in visceribus
corroboratione, ut eò meliùs for-
des expellantur.

§. 13. Ex voto etiam succedit
purgatio, si pro phlegmate edu-
cendo purgantibus adduntur gum-
mosa & resinosa medicamenta,
v. g. *grana mastichis, gummi galba-
num, ammoniacum, bdellium &c.*
Hæc enim & similia propter par-
ticularum convenientiam & ana-
logiam, sese pituitæ viscosæ jun-
gunt, ut hæc primò colliqvetur,
deinde verò purgantia & stimu-
lantia hanc simul abradunt, archæ-
umqve ad expulsionem laccessunt,
ut hoc modo commodè evacuari
qveat. Huic etiam scopo purgan-
tium viscosa extracta inserviunt,
it. resina scammonij & jalappæ.

§. 14. Si-

§. 14. Sicut circa omnem medicamentorum applicationem, imprimis autem purgantium variæ sunt considerandæ circumstantiæ, ita ætatis maxima habenda est ratio: ex ætate enim purgantium determinatur dosis. Sic in junioribus spiritus sunt agiliores & fibræ teneriores, humoresque magis mobiles; infimam propterea in infantili ætate constituti expectunt dosin: adultiores majorem &c. Senes è contrario ob spirituum torporem, fibrarum crassitiem, humorumque contumaciam summam requirunt purgantium dosin. Verùm virium robur, aliæque circumstantiæ atque signa simili sunt consideranda secundum effectum Galeni: *Ἐπὶ πάλιν τῶν παλαιῶν*

τὰ σημεῖα, καὶ μὴ πιστεύειν ἐνί, ἰ. e.
omnia signa simul sunt consideranda, nec uni soli fides adhibenda.
 Sic etiam infantes ac pueri magis
 sunt serosi, adulti biliosi, senes verò
 pituitosi.

§. 15. Ita quoque vitæ genus, si-
 ve diæta præcedens Medicum de
 humore peccante certiore red-
 dere potest: purgandus enim, aëri
 calidiori, cibisqve multis aromati-
 bus conditis asvefactus, bile abun-
 dabit. E contrario pituita pecca-
 cabit, si æger cibo viscoso, v. g. pi-
scibus marinis, carne suillâ, fumô in-
duratâ &c. item aëre humidiores,
 simulque vitâ sedentariâ usus fue-
 rit. Acida sæpius assumta melan-
 choliam, sive humorem acidum
 abundare faciunt; *tale enim secun-*
 dunt

dum axioma Metaphysicum , *tali additum , magis fit efficacius.* Potus præter modum & copiosior assumtus , tonum viscerum enervat spiritum illorum insitum obruendo , unde serum p. n. in corpore augetur atqve stagnat in futurum hydropicum affectum.

§. 16. Circa purgantium medicamentorum applicationem tempus anni quoque , ejusqve tempestatem probè consideret Medicus necesse est , inde enim qualis humor peccet , proptereaqve sit evacuandus , facile constabit. Sic vernali tempore ex universalis aëris nova fermentatione , in omnibus sublunaribus , [quæ alterationem , motumqve fermentativum patiuntur] etiam in corpore humano

fermentationes auferantur, ac de novo quasi accenduntur: unde omnes humores simul, & laudabiles & excrementitij in cachecticis & valetudinarijs orgasmum patiuntur, quare vernali tempore (reliquis circumstantiis simul probe consideratis) purgatio panchymagogica est instituenda.

§. 17. Hôc anni tempore valetudinarij, v. g. *Pbtifici, Scorbutili, Hypochondriaci* &c. ex hac humorum aucta fermentatione majores incommoditates, atrocioresque dolores perſentiscunt, unde malum illorum ingravescit. Ex eadem etiam causa febres ardentes malignæ, quæ hôc anni tempore solent esse familiares, natales suos obtinent.

Rectè itaque procedunt

dunt Medici si tempore fernali
gurgantibus addunt præcipitantia,
nimirum talia, quæ sanguinis or-
gasmum impediunt, qualia sunt
*nitrum & atum, cremor & crystalli
ri, & diaphoreticum, limatura
tis preparata &c.*

§. 18. Æstate, & quidem tempe-
state calidiore, dum humores præ
nimio calore ac rarefactione exæ-
stuant, præstat à purgantibus absti-
nerè, quàm eadem cum patientis
periculo ac detrimento adhibere:
quod si verò morbi status purgans
requirat, bilis, *ceteris tamen pari-
bus*, ceu humor acrior atque cali-
dior, erit evacuanda, & quidem
pharmacò leniore, additis simul
bilis orgasmum impredientibus.
Autumnus autem tanquam tempe-
ratiq

ratio atque humidior anni pars,
serum pituitamque abundare, hos-
que humores ex corpore eliminan-
dos esse, indicat.

§. 19. Hyeme, & quidem frigore
inclementiore, ob humores crassos
tartareos ac contumaces, malè
purgationes instituantur: secun-
dum Hippocratem enim *cocta ac
preparata sunt expurganda, non cru-
da.* Quod si verò morbi alicujus
chronici materia, quæ erit pituita
tenax, purgationem indicabit, for-
tiora conveniant purgantia, &
quidem in forma pilulari, sive vini
medicati, additis simul *aromaticis
& salinis*, pituitam crassam ad e-
ductionem præparantibus: hoc e-
nim modo, *non cruda, sed cocta at-
que preparata evacuamus cum natu-
ræ levamine.*

§. 20.

§. 20. Si itaque constat, quod purgatio sit instituenda, qualisque humor sit evacuandus, deliberandum est de purgationis *quantitate*, circa purgantium dosin occupata. Hanc nobis definit *humoris copia*, *qualitas* & *situs*, *tum virium*, *agri temperamentum*, *habitus corporis*, *ætas*, *purgandi consuetudo*, *vite genus*, *sexus*, *regio* & *ipsum anni tempus*: repetantur itaque illa, quæ hæctenus in medium sunt allata. Quod si enim corpus multis viscidis & crassis humoribus sit repletum, illique in partibus remotioribus hæreant, & vires constent, ægerque sit robustus, nec admodum gracilis, aut pingvis, consistentem habeat ætatem vel senilem &c. purgatio paulò validior

potest institui: *prestat tamen successivè & per epicrasin purgare.* Si verò recensitæ circumstantiæ contrario se habeant modo, mitiorem Medicus purgantium dosin adhibeat.

§. 21. Per vocem *Quomodò*, purgatio nimirùm sit instituenda, forma medicamentorum intelligitur externa, circa applicationem purgantium itidem observanda, quæ in medicamentorum consistentia consistit: si igitur alvus solummodò laxa est servanda, nec scopus indicatioque adest purgandi, conveniunt saltem *juscula infusa, syrupi q̄ laxantes* & alvum leniter subducentes. Quod si verò purgandi simul adsit intentio, *pulveres, decocta, electuaria, infusa & syrupi*, sed paulò

paulò conveniunt fortiores. Tandem si humores crassi ac viscosi (pituita vitrea) ex diffitis & remotioribus locis sunt evacuandi, *forma pilularum, viniq; medicati* est eligenda. Deinde etiam per vocem *quomodo* intelligi potest delectus purgationis, an nimirum *ἀνω* vel *κάτω* instituenda sit purgatio, quod ex variis patet circumstantiis, probè à Medico considerandis.

§. 22. Per vocem *Quando*, tempus denotatur, quò *commode* & *tuto* purgatio institui possit: illud verò nobis indicat anni tempus, dies & diei hora, quatuorq; tempora morborum. *In vere enim, quibus vena sectio, aut purgatio prodest, his secanda est vena & purgatio imperanda secundum Hippocratis*

tis

§1 DE PURGATIONE
tis aphorism. 47. lib. VI. quippe ex
æquo temperatum tum est corpus,
& in novo fermentationis motu
existens circa humorum excre-
mentitiorum præcipationem at-
que ejectionem est occupatum ;
quod videre est in valetudinariis,
qui vernali tempore diarrhæam,
fluxum hæmorrhoidalem, tussim
humidam cum maxima materiæ
pituitosæ ejectione conjunctam,
exanthematum atque macularum,
variarum, scabiei que eruptionem
pati solent cum maximo naturæ
levamine.

§. 23. Post ver *Autumnus* purgati-
onibus maximè idoneus est, cum
sæpè in veris naturam (quoad
tempestatem scilicet) mutetur.
Minus ad purgationes accommo-
data

data est hyems ob nimiam aëris inclementiam sive frigus : per hoc enim humores impacti, tenaces & crassi, immobiles redduntur, difficulterque locô moventur cum hominis maximo detrimento. *Æstate* rectius à purgantibus abstinemus : vires enim eô tempore ex ambientis aëris æstu exsolvuntur, & corpora per se satis calida, per vim purgantium medicamentorum fermentandi ac per consequens calefaciendi, magis alterantur, sic maxima naturæ violentia inferatur : cujus etiam motus invertitur, dum aër calidior humores attenuans eosdem ad circumferentiam quasi allicit ; pharmacum è contrario purgans ad centrum denuô revocat.

nun-

nunquam fieri solet, ut complures hōc anni tempore purgati, diversis corripiantur febribus.

§. 24. Nec Medico contemnenda sunt *Solstitia, Æquinoctia, Eclipses solares & lunares, item Luna quadraturæ*, cum experientia testetur, ægrotantes aliquam inde alterationem persentiscere, diversimodè etiam medicamentorum, in primis purgantium successum respondere: ipsum enim Hippocratem & Galenum hæc etiam observasse, legimus.

§. 25. Verum, quæ hactenus de anni temporibus & astrorum observationibus sunt adducta, tantum de præservatione sunt intelligenda. Inconsultum enim foret, si Medicus purgationis manifestas ob-

ob-

observaret indicationes, vellet tamen ob solum anni tempus inconueniens aut malignos Planetarum aspectus purgatiorem differre, cunctandoque permittere, ut interea morbus non tantum ingravescat, verum etiam plane patientem jugulet *καρπὸς* enim *ὄξυς* secundum Aph. Hippocr. I. Recte propterea distinguitur *inter tempus necessitatis & electionis: necessitas enim caret lege, virique prudentis est, inter duo mala minus eligere.*

§. 26. Dierum quoque criticorum observationem circa propinanda purgantia maximè utilem esse, monent Veteres, criticòque die à purgantium usu omninò abstinendum esse jubent: verum de
criti-

criticis diebus doctrina infirmo
valde nititur fundamento, nec vi-
deo, quomodo dierum numerus
aliquid pro movendis humoribus
conferre queat. Accedit, quod
in acutis morbis raro in principio
ad ægrum vocetur Medicus, ut
hinc, si naturæ conatum, criticas-
que videat evacuationes, nesciat,
quò hæ die eveniant. Deinde et-
iam, licet ordo dierum probè ob-
servetur, raro notabilis quædam
alteratio & naturæ motus in ægro
contingit die vel septimo, vel no-
no &c. nisi in mente illius, qui
præconceptâ opinione est captus.
Svadendum tamen, si signa mani-
festæ adsint criseos, quo etiam de-
mum illa die contingerit, ut ab u-
su purgantiam abstinatur. Nam
crisis

crisis alioquin, quam natura fortè
per hæmorrhagiam narium, vel
vesicam, vel per vomitum, vel per
sudores molitur, impediretur,
motusque excitaretur contrarius
cum maximo patientis detrimen-
to.

§. 27. Inter diei horas matutina
reliquis anteferenda est: siquidem
à Solis ortu sanguis & reliqui hu-
mores exsuscitantur, ipsoque diei
lumine, à spiritu æthereo subtilio-
re sunt tenuiores, & ad fluxum
redduntur aptiores. Tempore et-
iam matutinò, ventriculòque à ci-
bis vacuò, purgantium virtus non
infringitur. Multi tamen Practi-
corum hodiè pilulas purgantes
[quas vocant *Nacht-Pillen*] tem-
pore

post vespertino cubitum itur
cum optimo exhibent successu.

§. 28. Quatuor morborum tempora vulgò à Medicis recensentur: *ἀρχὴ, αὐξήσις, ἀκμὴ καὶ παρακμὴ* i. e. *principium, augmentum, status & declinatio.* In morbi itaque principio, dum vires adhuc sunt integræ, nec materia cruda, seu potius secundum Hippocratem turgēt, i. e. resoluta, est fermentescens & ad educationem parata, purgantia conveniunt. Quod si verò in chronicis morbis materia sit cruda, tenax atque viscosa, incidentia, præparantia & digestiva purgantibus sunt præmittenda.

§. 29. De augmento idem, quod de principio dictum, est statuendum, imprimis in febribus non

mali-

malignis atque chronicis, affectibus: *in malignis enim febribus planè religentur atque in exilium profugantur purgantia*, ob causas supra commemoratas. Hoc itaque morbi tempore, si abundet materia, crudeliaque producat symptomata, purgatio est maturanda, ne spiritus à materiae evacuandæ quantitate obruantur, patiensque vitâ inde periclitetur.

§. 30. In statu nullum exhibendum esse purgans, monet Hippocrates Aph. 29. sect. 2. inquiens: *Ἀρχομένων μετὰ νύκτων ἢν τι δοκέη κινέειν, κίνει ἀκμαζουσῶν δ' ἡσυχίην ἔχει βέλτιόν ἐστιν*, i. e. *Incipientibus morbis, si quid movendum esse videtur, move: nam iis vigentibus, quiescere satius est.* Circa principium enim & finem

nem morborum, symptomata observantur mitiora, in statu verò vehementiora. In vigore quoque vires valdè sunt prostratæ, atque Archæus à materiæ peccantis digestionem, in quam tum temporis maximè incumbit, minimè avocandus est.

§. 31. E contrario in declinatione morborum, nullum est dubium, quin materia morbifica ab archæo sive natura subacta, & tamen adhuc in corpore hærens, tutò per purgans & possit & debeat evacuari, ut à futuro morbo patiens præservetur, nec recidivum patiatur.

§. 32. In omni quoque evacuatione locus, per quem fieri debet, diligenter considerandus est. *Quæ enim*

enim ducenda sunt, quò maximè
natura viam affectat, illuc ducantur
per loca conducibilia secundum
Aph. Hipp. 21. lib. 1. Locum au-
tem purgationis inprimis indi-
cant *pars affecta, patientis aptitu-
do & constitutio.* Plura de hisce
vide in Practicorum libris.

CAP. III.

§. I.

ANtequam selectiora Purgan-
tia, eorundemque formulas ad
exemplum, uti in proœmio pro-
misi, proponam, paucula sunt præ-
monenda: i. Quod nimirum cuivis
Practico pro contractiori appara-
tu & privata dispensatione ex o-
mnibus purgantibus sufficiant *a-
loëtica, jalappina, scammeata &
senna folia*, pro infusis atque de-
coct-

coctis ; ubi autem Medicus formulas suas in pharmacopolia transcribere tenetur, ex hactenus usitatis aliis selectus quoque instituat. Deinde etiam quod purgantia ante usum diligenti Pharmacopæi manu probè debeant secundum leges pharmaceuticas corrigi ac præparari.

§. 2. Quod enim Medicorum quidam in compositione vel præscriptione purgantis addant olea, aliaque pro correctione, in consultum videtur ; cum purgantia nullam inde correctionem & mutationem sentiant, nisi quod salia quandoque, si conditio peccantis humoris permittit, catharticis addita, viscosiores *jalappa*, vel aliorum resinosorum particulas incidunt

for-
olia
enùs
nsti-
pur-
har-
eant
icas
um
præ-
lea,
on-
tia
mu-
alia
ntis
ticis
lio
nci-
lant

dant atque attenuent. Commo-
dè tamen adduntur purgantibus
olea destillata aromatica, vel aro-
mata in substantia in affectibus fri-
gidioribus, ut superius dictum,
partim pro phlegmate resolven-
do, partim verò ut flatus, qui in
hisce subjectis à purgante simul
excitari solent, discutiantur.

§. 3. Quoniam optima purgan-
tium præparatio fit per fermenta-
tionem & digestionem, ex selectio-
ribus vulgò in officinis venalibus
primum locum merentur extracta
sequentia, v. g. *panchymagogum*,
Croll. Rhabarb. fol. senn. Rad. bell.
nigr. turpeth. &c. item pro stimulo
colocythidis: deinde conveniunt
quoque *Resinajalapp. scam. aloë*
violata vel rosata, quibus commo-

D

dè pro

dè pro humorum correctione & resolutione adduntur $\textcircled{\text{P}}$ *rtis*, $\textcircled{\text{S}}$ *diaph.* & *Sus dulcis*, qui egregius est, ubi in remotioribus corporis partibus contumacissimæ reperiuntur obstructiones. Hæc autem potissimum conveniunt in forma pilulari. Formulæ e. g. sint sequentes.

$\textcircled{\text{R}}$. *Extr. panchymag. Croc. gr. xij.*
colocynt. gr. ij.

Castor. opt.

$\textcircled{\text{S}}$ *diaph. an. gr. iij.*

M. F. c. Tinct. $\textcircled{\text{R}}$.

Pilule N, xv. inaurand. pro una dosi.
Vel

$\textcircled{\text{R}}$. *Aloës rosat, l. viol,*

Sr. dulc. an. scrup. β .

Res. jalapp. gr. vj.

Ol. absinth. dest. gt. j.

M. F. c. Elix. prop. s. acid.

Pilule N, xvij.

pale.

pulv. cinnam adsp. pro unadof.

Vel

℞. Extr. Rhabarb.

fol. senn.

rad. helleb. nigr. an. scrup. ℞.

colocynth. gr. iiij.

Res. stamm.

jalapp. an. gr. xiiij.

℞. ℞. ad alb. calc. gr. xij.

Ol. anis. gt. iiij.

M. F. c. ℞. fœnicul. Pilule

*N. XLV, fol. De obduc. pro tribus
dofibus.*

§. 4. Ad aquas hydropicorum
educendâs poterit granum unum
vel alterum præcedentibus formu-
lis addi de *Magisterio gummi gutt.*
vel *extract. radicis esula.* Obi-
ter autem notandum, quod asciti-
ci vix curentur purgantibus: sub-
ducitur quidem aqua à purganti-
bus, sed brevi hæc redit & quæ
uno

uno die educitur, altero & quidem cum foenore redit, quoniam nutritionis opus est deperditum. Deinde fibrarum adest atonia nec ulla succedit transpiratio ob sanguinis fermentationem suppressam: unde crudiores sanguinis particulae in partes deponuntur, ibidemque immobiles subsistunt, nec transpirant, sed humorem fatuum spiritu privatum constituunt, in cavitates decumbentem. Indicantur hinc potius corroborantia & fermentationem sanguinis restituentia, ut *volatilia*, aliàs scirrho oriuntur in visceribus.

§. 5. Pro pulveribus parandis commendo *radicem jalappæ, diagridium, scammonium* Δ *ratum atque rhabarbarum*, quibus pro certis

tis circumstantiis secundum Cap.
II. §. 9. 10. & sequentes, addi quo-
que possunt *Θlia herbarum lixivi-
osa*, & *diaph. crem. ꝑr. &c.* For-
mulae possunt esse sequentes:

℞. Pulv. Rhabarb. ver. scrup. j.
scamm. ꝑrat.

⊕ diaph. an. gr. vj.

M. F. Pulvis pro una dosi

Vel

℞. Pulv. rad. jalapp. resin. gr. xv.

Θl. absinth.

Scamm. ꝑrat. an. gr. vj.

M. F. Pulv. pro una dosi.

Vel

℞. Crem. ꝑr. gr. xv.

⊕ diaph. gr. v.

diagrid. gr. viij.

M. F. Pulvis pro una dosi.

§. 6. Licet ex hisce & similibus
pulveribus, si parum de conserva
& syrupo conveniente illis admi-

D 3

fceatur,

sceatur, facili negotio electuaria
 confici queant; tamen ad eadem
 paranda ex selectioribus in officii-
 nis paratis conveniunt *Elect. dia-*
catholicum officinarum, chalagog.
phlegmag. & hydrag. Sylvij: it. Sy-
rupus rosar. solut. de manna laxat.
diasenn. & de cichor. c. Rh. addi-
 tis simul quibusdam ex pulveribus
 antea propositis. Quodsi addantur
 aqua appropriata destillata, hau-
 stuli itidem ex hisce preparantur
 purgantes Ad exemplum:

℞. *Elect. cholag. l. phlegmag.*
l. hydrag. Sylv. dr. iij.
 ♂ *diaph. gr. viij.*
Crem. ꝑr scrup. j.
M. F. Electuar. pro una dosi.
 Vel

℞. *Elect. diacath. unc. β.*

Pulv.

Pulv. rad. jalapp. scrup. j.

Eleosach. anis. scrup. β.

M. F. Electuarium pro una dosi.

Vel

℞. Conserv. fl. acac. dr. ij.

Crem. ℞. scrup. j.

Diagrid. gr. vij.

Syr. rosar. solut. dr. iβ.

M. F. Electuar. pro una dosi.

Hauzustulus :

℞. Syr. de cichor. c. R. dr. iij.

Aq. fœnic.

fl. acac. ana unc. j.

Diagrid.

℞ diaph. ana gr. vj.

M. F. Haustus.

Vel ℞. Aq. cichor.

fl. acac. fœnic. ana dr. iij.

Essent. rad. jalapp. dr. β.

℞. absinth. scr. β.

Syr. diasenn. drach. iβ.

M. F. Haustus.

§. 7. Notandum, quod purgan-

D 4

tium

tium formulæ modò traditæ sint imitandæ , non verò retinendæ : Medici enim dogmatici est, purgationes secundum præcepta superius tradita instituere. Et Empirici sunt , qui formulas retinent medicamentorum in libris traditas , non autem minimarum circumstantiarum in horum applicatione habent rationem. Deinde, sicuti in applicatione purgantium præstat infra summam subsistere dosin ita bono animo sedulò moneo , ne Practici juniores fortiores instituant purgationes cum maximo patientum detrimento , ac vident præscriptas.

§. 8. Ita duo enormes ante paucas hebdomades in hac civitate circa purgationem sunt commissi erro-

errores : ubi primò Empiricus civi
 cuidam , piscatori nimirum , pur-
 gans dedit, à quo per octiduum, &
 quidem primo die plus quàm qua-
 dragesies dejecit , & , nisi Medicus
 fuisset deinde in consilium adhibi-
 tus , forsan diem obiisset supre-
 mum. Deinde mulieri gravidæ
 fortius etiam fuit ab alio adhibi-
 tum purgans , à quo non tantum
 abortum fuit passa , sed etiam ani-
 mam exspiravit. Licet interdum
 autem subjecta deprehendantur ,
 quæ ob fibras crassiores & tenacio-
 res difficulter purgentur , (sicuti
 ante octiduum duæ ejusmodi mi-
 hi occurrebant sorores) præ-
 stat, ut purganti in minori dosi ad-
 hibito alia superaddantur, quàm ut
 in principio *δεγασινώπρη* adhibe-
 antur.

D S

antur

antur ; hoc enim modo purgatio per epicrasin tuto instituitur.

§. 9. Ad decocta & infusa conficienda conducunt sequentia : *rad. polypod. belleb. nigr. turpeth. mechocann. rhabarb. fol. fern. ♀ rus crud. ♂ agaricus*, admixtis simul humectantibus, resolventibus & laxantibus secundum indicationes. Decocta sunt egregia, ubi fortissimæ adsunt alvi obstructiones forioribus in alia forma nihil efficientibus. Infusa verò (vina medicata) in chronicis conveniunt affectibus. Formula sit sequens :

℞. *Rad. s. aperient. ana drachm. jss.*
polypod. turpeth. ana dr. ij.
Herb. violar. malv. ana m. j.
Fl. chamomill. melilot. ana m. ss.
Sem. anis. fœnic. ana drachm. j.
Prunor. Damasc. N. x.

Gari.

Caricar. ping. N. vj.

Coq. in s. q. ay. simpl. sub fin add

Fol. senn. Alex. s. st. drachm. v.

Colat. fort. express. ℥. ij. add.

Syr. rosar. solut. unc. ij.

*Nitr. ℥ at. scrup. ij. M. F. Apo-
zema, à quo capiat patiens sin-
gulis bihoriis haustulum, donec
alvus laxa reddatur.*

§. 10. Plures ut addantur for-
mulae, non opus esse videtur, cum
quilibet rei Medicæ gnarus secun-
dum præcepta cap. 2. proposita
easdem componere facile possit.
Hoc saltem notandum, quod pro
delicioribus *resina jalapp. vel
scammon. gr. v. vj.* plures vel pauci-
ores pro circumstantiis, ex superi-
oribus considerandis, in vitelli ovi
pauillo dissolvi, aut cum amygda-
lar. dulcium duabus vel tribus
con-

conteri & , affusâ sensim aquâ appropriatâ v. g. *fœnic. cichor.* &c ad unciam unam præter propter, in emulsionem gratissimam redigi queant, tantillo sacchari edulcorandam. Totidem etiam grana ex tempore in Spiritu Vini dissolvi & in forma essentiaë emulsionem abhorrentibus in jusculo possunt proprinari.

§. II. Reliquum jam est, ut norma secundum quam ille, qui purgans assumfit, sit regendus, observetur. Est autem talis: ut horâ unâ vel alterâ ab assumpto purgante jusculum calidè assumatur pro meliori purgantis dissolutione: ab ulteriori verò alimentorum assumptione est abstinendum, ne ab hisce vis cathartici infringatur ac obtun-

obtundatur. Caveat etiam sibi
paciens ab animi pathematibus &
aëris ambientis frigidioris incle-
mentia, ne spiritus ab hisce æque
ac purgantibus commoti, convul-
sivos in corpore excitent motus.
Somnus etiam quantum fieri po-
test incipiente purgatione evite-
tur, cum per hunc motus partium
tum internarum tum externarum
corporis humani retardetur, & per
consequens purgatio aliquo-
modo impediatur.



OCCASIONE QUOQUE HAC
 SEQUENTIA PROGRAMMATA
 REPETERE ET APPONERE VO-
 LUI, LECTU UTILIA NEC
 INJUCUNDA.

JUSTUS VESTI
 MEDIC. DOCTOR,
 B. L. INPRIMIS VERO BOTA-
 NICES AC MEDICINÆ
 CULTORIBUS

S. P. D.

A *Diebus DIOSCORIDIS artem
 herbariam nihil, vel parum, in-
 crevisse, existimat HELM. Tr. Stud.
 Aut. Atque hinc proximè præter-
 lapsi atque hujus seculi Botanogra-
 phos (paucis exceptis) eandem fer-
 mè canere cantilenam. Traditis
 enim herbarum iconibus, nomini-
 bus atque faciebus, (pergit HEL-
 MONT.)*

MONT.) *utrimque saltem disputant, formarum internarum fermè ignari, confitente CROLLIO, nihil verò virtutum ac usum adjecisse videntur. Quippe gradibus elementariarum qualitatatum contenti, superficialitèr herbas, i. e. secundum imaginem, materiam, substantiam & corpus solummodò considerant, formis internis ac specificis virtutibus neglectis, Vulcanicè ceu anatomici cultelli operâ industriosâ eruendis. Perspicacioribus ergò oculis, sagaciori ingenio, subtilioribus inquisitionibus opus est, si plenariam & intimam plantarum cognitionem eruerè conabimur. Hinc est, quod HELM. Tr. Promiss. Aut. dicere non vereatur: *neque per contraria, neque per similia, sed dun-**

TAXA

taxat per donata & appropriata in-
 stitui medelas & curationes. PA-
 RACELsus itaque animadvertens,
 rei herbaria scriptores facultates
 plantarum nondum corticetenus
 adspexisse, variasque herbas unius
 qualitatis elementaris gradus, di-
 versas habere virtutes atque pro-
 prietates, multasque diversarum
 qualitatum symphoniam; nomi-
 num inanium subtilitate ac fallaci-
 quatuor qualitatum censurâ reli-
 ctâ, virtutem ex radice centri, non
 ex superficie cognoscens, à rebus
 ipsis veritatem intimâ & profundâ
 speculatione exquisitiùs rimatur,
 manifesta in occultis naturæ vesti-
 gia à DEO Ter OPTIMO Terque
 MAXIMO impressa intuetur, her-
 barumque abditas dotes ex exte-
 rioris

nic
 tun
 Pra
 qu
 eti
 de
 ven
 tu
 coe
 à
 gu
 inc
 un
 bu
 tal
 lu
 nu
 pla
 di
 me



rioris faciei inspectione adipiscitur. Cui adstipulatur GROLL. in Præfat. Basil. Chymic. inquiring, quod non solum omnia viventia, sed etiam omnia crescentia, imò lapides & metalla & quæcunque in universa rerum natura existunt, spiritu syderio sint prædita, qui vocatur coelum seu astrum, faber occultus, à quo omnis procedit formatio, figura & color. Specifica itaque indoles, imago sive forma omnium rerum arguit spiritum omnibus rebus insitum esse luminosum, tales enim impressiones non nisi luminoso spiritui conveniunt. Ut nunc non dicam de CARTESIO, plantas cultello veluti anatomico dilacerante easque secundum atomorum ac particularum figuras fatis.

satis curiosè depingente : ponit enim particulas rotundas, aculeatas, hamatas, quadratas, triangulares &c. in salium doctrina locum usumque non exiguum habentes. Nec silentio prætereundus, sed potiùs ab oblivione vindicandus est oculatissimus Anatomicus MALPIGIIUS, herbas cultro quasi anatomico itidem discerpens easque secundum minimas particulas per microscopium maximâ industriâ examinans atque considerans. Neque tandem recentiorum plurimi diligentia ac curiositatis laude defraudandi, per sensus externos, inprimis verò gustum & olfactum herbas in aromáticas sive balsamicas, aqueas, acidas vel insipidas &c. dividentes easque juxta particulas spirituosas, oleosas salinas, fixas

volatiles, dulces insipidas, auste-
 ras, acerbas, amaras &c. manu-
 ctore HIPPOCRATE, examinantes :
 inquit enim Text. pro veter. Me-
 dic. *Ex terra nascentium & in ipsam
 plantarum unumquodque trahit
 id, quod nature sue familiare in ter-
 ra existit. Inest autem in terra &
 acidum & amarum & dulce & sal-
 sum & omnigenum.*

Cum itaque AMPLISSIMÆ
 & GRATIOSISSIMÆ ME-
 DICÆ FACULTATIS in-
 pervetusta hac Academia consen-
 su Studiosam Juventutem in Bo-
 tanicis exercendi munus in me su-
 sceperim, officio meo satisfactu-
 rus, prælaudatorum Autorum cu-
 riosas observationes atque senten-
 tias (quantum fieri potest) conci-
 liare annitar : Singulis autem heb-
 do-

domadibus, si per tempestatis clementiam fieri potest in sylvam ab urbe proximam unâ cum Dnn. Studiosis exspatiabor, in eaque arbores, frutices ac herbas in solo natali, quoad colorem, odorem, formam ac figuram externam demonstrabo. Singulis deinde Martis ac Veneris diebus horâ secundâ in Collegio, quod vulgò Medicorum appellatur, discursum de officinalium virtutibus atque operationibus addam. Poterunt itaque Botanophili cras manè horâ quintâ matutinâ meis in ædibus comparere, ubi, cœlo favente, in sylvam exspatiabimur, exercitiique nostri Botanici initium faciemus. Adeste frequentes, meæque diligentia vestrâ frequentia calcar addite. Valete. Dabam Erfurti è muséo die 19. (29.) Junij A. O. R. M. DC. LXXI. JUS-



JUSTUS VESTI,
MEDICINÆ DOCTOR,
ANATOM. CHIRURG. ET BO-
TANIC. PROFESS. PUBLICUS,
MEDICÆQUE FACULTA-
TIS ASSESSOR,
MEDICINÆ CULTORIBUS ET
AMATORIBUS

S. P. D.

Elegans sanè est & magni mo-
menti πολυθρύλητον illud :
NOSCE TE IPSUM. Siquidem
Venatio Scientiarum secundum ef-
fatum HELMONTII inde proficisci-
tur. Homo enim se ipsum contem-
plando ac cognoscendo, in majorem
rapitur admirationem, ac si omnia
inspiciat Macrocosmi, nec potest non
immensam DEI OPTIMI MAXIMI
gloria

le-
ab
nn.
ar-
lo
L,
le-
ar-
dâ
o-
fi-
ra-
ue
n-
m-
l-
e
is.
li-
d-
è
R.
S-



gloriam ac omnipotentiam depre-
dicare. Quod si curiosus firmamen-
tum cœli intueatur cum omnibus
stellis atque sideribus, horumque
cursum rimetur: Vel in terra cry-
ptas sese demittat, metallorumque
ac mineralium origenem in monti-
um visceribus perquirat: Vel in syl-
vam sive pratum, herbis floribusque
elegantissimis ornatum, exspatiens,
plantas perlusuret, harumque insitas
dotes ac virtutes expiscetur: Vel in
maris profundum, imò terra cen-
trum sive hydrophylacium mente
quasi descendat, aquarumque or-
tum ex mari secundam ECCLESI-
ASTEM percontetur: Propter ad-
miranda æterni Numinis opificia
obstupescet. Ast, si ANATOMI-
CUS, arrepto cultello, viâque in
micro-

*microcosmum patefactâ, Anatomicis
cultoribus articulata[m] corporis hu-
mani detegit structuram, partium
situm ac connexionem artificiosam
demonstrat, arteriarum venarum-
que propagines minutissimas perqui-
rit, nervorum cursum anxie rima-
iur, rivulorum lymphaticorum at-
que chyliferorum ortum exitumque
curiosè investigat, hisque omnibus
veram ac nervosam de partium usu
ac functione doctrinam, cuius ex
arte Medicinam facienti summè ne-
cessariam, superstruit, eamque ad
praxin tum Medicam, tum Chirur-
gicam applicat: Aut cum P A R A-
CELSO inter hominem sive Mi-
crocosmum varias instituit analogi-
as; quis non Anatomicis advertit &
curiositatem & utilitatem? Quis
non*

non se ipsum cognoscit? Quis non
 Omnipotens Numen propter stu-
 penda ista summo prosequitur en-
 comio? Fungum sanè pro cerebro
 habet, (ut cum Comico loquar,) hæc
 qui flocci pendit, parvique æstimat.
 Cùm itaque tanta, Nobilissimi Me-
 dicinæ Cultores, Anatomes sit neces-
 sitas, tum ad se ipsum cognoscen-
 dum, tum veram Physiologiam Me-
 dicam addiscendam, sine qua nec
 morbus, nec causa morbifica nec
 Symptoma aliquod verè cognosci po-
 test, ut Excellentissimus quondam
 MOEBIUS Anatomiam dextrum
 Medicinæ oculum appellare non eru-
 bescat: Operam date, Nobiliss. Dn.
 Studiosi, ut per Anatomem partium
 situm ac structuram probè addisca-
 tis, & ad functionum in singulis
 parti-

pa
 gn
 den
 Ch
 ac
 DO
 FR
 TIL
 RO
 AM
 PR
 no
 fat
 per
 CR
 ma
 qua
 ter
 de
 tam

partibus fieri solitarum veram cognitionem deveniatis, si felicem tandem praxin desideratis.

Ego, dum Professio Anatomica & Chirurgica ab EMINENTISSIMO ac SERENISSIMO PRINCIPE ac DOMINO, DN. ANSHELMO FRANCISCO, S. SEDIS MOGLINTINÆ ARCHI-EPISCOPO, SACR. ROM. IMPERII PER GERMANIAM ARCHI-CANCELLARIO, ET PRINCIPE ELECTORE, &c. Domino nostro Clementissimo, post profusa Clarissimi quondam atque Experientissimi Domini D. CASP. CRAMERI, clementissimè mihi demandata, quod mei muneris est, quàm diligentissimè exequar. Præter exercitia enim & experimenta de partium functionibus, si Deus vitam & vires largitus fuerit, pri-

E

VA-

*patim impoſterum iſtituenda, ad
lectiones Anatomicas publicas me-
quoque accingam, operam daturus,
ut totam corporis humani compagem
annuo ſpatio abſolvere poſſim.
Quod autem ut majori cum fru-
ctu ac commodo fiat, conſentiente
AMPLISSIMA FACULTATE ME-
DICA, utar appendice Chirurgia D.
PAULI BARBETTE, olim Amſtela-
damenſium Practici Celebratiſimi,
Anatomia Practica inſignita, hanc,
ea qua par eſt dexteritate & perſpi-
cuitate explanabo. Sic enim & ty-
ronibus, dum ſtructura partium ob
oculos ponitur, earumque uſus eno-
datur, & praxios Candidatis, dum
uſus ſimul adnectitur Chirurgicus,
bene conſultum iri arbitror. Ad
has Lectiones horam primam deſti-
navi diei Luna & Veneris, fietque*

i*oi-*

initium bono cum Deo crastino die
 in Acroaterio Medicorum. Vos ita-
 que, Nobilissimi Dn. Studiosi, ut so-
 lida jacere Velle videamini funda-
 monta, adeste frequentes, meaque
 diligentia vestra frequentia calcar
 addite. Valet. Dabam Erfurti è
 Museo die 17. Septembr. Anno
 M. DC. LXXXII.

IUSTUS VESTI
MEDICINÆ DOCTOR
ANATOM. CHIRURG. ET BO-
TANIC. PROFESSOR PUBLI-
CUS, MEDICÆQUE FACUL-
TATIS ASSESSOR,

Anatomes Cultoribus & Amatoribus
 S. P. D.

DE Anatomia in Medica Arte ne-
 cessitate pluribus disserere su-
 pervacaneum esse videtur: cum
 nulla

nulla Medicinæ pars deprehenda-
 tur, in qua ejus utilitas, imò sum-
 ma necessitas sese non offerat;
 consentiente toto Medicorum co-
 horte. Hinc manu ductore *Gre-
 gorio Horstio* ad alias potius pro-
 gredimur disciplinas, quibus do-
 ctрина de structura corporis hu-
 mani non parum inservire vide-
 tur. Quod enim Sacrosanctam
 Theologiam attinet, quamvis veræ
 fidei fundamenta non ex Hippocr.
 Galen. Aristot. aliorumque pla-
 citis, sed ex limpidissimis Sacrae
 Scripturae fontibus haurienda &
 addiscenda nobis esse, meritò lu-
 benterque confiteamur: nullus ta-
 men eruditorum negabit, artifici-
 osam humani corporis structuram
 docenti Theologo plurimum in-
 servire, imprimis cum declaratio
 mul-

multorum in sacris literis absque
 contemplatione fabricæ humanæ
 commodè fieri nequeat. Quoad Ju-
 risprudentiam negari haud pote-
 rit quod πολυθρύλητον illud, NOS-
 CE TE IPSUM ad plurima legum
 fundamenta perfectiùs intelligen-
 da faciat : ubi nobis hâc occasione
 dixisse sufficiat , quod Jurisconsul-
 tus in criminalibus actionibus
 quandoque nihil certî absque stru-
 cturæ humanæ peritia determina-
 re possit. Quomodo enim lethala
 vulnus ab aliis sit discernen-
 dum , sola Anatomia demonstrat.
 Nec est , quod nobis objici possit ,
 tantam Anatomes necessitatem ad
 Jurisconsultum non redundare ,
 cum in hisce casibus Medicorum ,
 Chirurgorumque judicium soleat
 adhiberi. Licet enim hoc minimè



negemus, tamen cum non semper
 in promptu sint Medici ac Chi-
 rurgi, qui, ubi res moram non pa-
 titur, in consilium adhiberi pos-
 sint, inde non dubitamus, quin
 corporis humani cognitio Legum
 Studiosis tantum sit utilis, sed et-
 iam in rebus plurimis dextrè diju-
 dicandis maximum adferat adju-
 vamentum. Si porrò ad aureum
 Philosophiæ studium accedimus,
 illud sanè sine corporis humani
 structurâ cognita erit mutila-
 tum & imperfectum. Quis enim
 rerum cognoscendarum scientiam
 sibi poterit polliceri absque sui i-
 psius cognitione? Quis mores &
 actiones hominum juxta practicæ
 Philosophiæ præcepta docebit ac
 informabit nisi fundamentum, à
 quo omnes tales actiones prode-
 unt,

ūnt, naturam ſcilicet humanam, &
 quam animi mores conſequeuntur,
 cognoſcat atque examinet, hinc-
 que *γυνῶθι οὐ αὐτῶν* (à quo ſecundum
Helmont. omnis ſcientia proficiſci-
 tur) benè exerceat. Quæ cum ita
 ſint, & annuente nobis fortunâ,
 victima Anatomica ſuſpenſi gre-
 garij militis à *Perilluſtri & Gene-
 roſo Domino BARONE DE MOR-
 TAIGNE*, Domino in *Cromsdorff*,
*Sereniſſimi Principis Electoris Mo-
 guntini Conſiliario Politico & Belli-
 co*, Legionis Duce, *Regiminis pede-
 ſtris Colonello*, *Urbis Erffurtenſis*
*ejuſq; fortalitiſſimum Commendan-
 te &c.* ad ſectionem publicam cle-
 menter ſit donata, id quod devo-
 tâ & gratâ mente agnoſcimus,
 omnes & ſingulos cujuſcunq;
 diſciplinæ ſtudioſos & Anatomes

amatores ad hasce sectiones & demonstrationes Anatomicas perquam amicè invitamus, simul admonentes, ut se ipsos ex hoc sexu potioris cadavere cognoscere discant. Initium fiet horâ primâ pomeridianâ in Auditorio hactenus usitato. Dabam è museo Erfurti die 4. Febr. Anno M.DC.LXXXV.

ANATOMES CULTORIBUS ET AMATORIBUS

S. P. D.

JUSTUS VESTI,
MEDICINE DOCTOR,
ANATOM. CHIRURG. ET BOTAN. P. P. EJUSQUE FACULTATIS ASSESSOR.

Repetitas cadaverum sectiones, quæ singulari cum industriâ instituuntur, semper aliquid novi & notatu digni

digni sedulis Naturæ Rimatoribus pate-
 facere, docuit nos cadaver humanum
 sexus potioris, quod ante annum & quod
 excurrit cultro Anatomico subjecimus.
 In illo enim primò cutis in fronte, præ-
 terquàm quod aliàs carnosæ hujus mem-
 brane firmius adherere soleat, pingue-
 dini ad dimidij digiti crassitiam insterne-
 batur: Unde suspicandum, cutim fron-
 talem in hoc subjecto, dum adhuc fuit in
 vivis, nec mobilem fuisse, nec in rugas
 corrugari potuisse, quas tanquàm hiero-
 glyphica, indicesq; & ingenitæ indolis
 & futurorum notas, humana suspicit cu-
 riositas. Secundò lien justo major erat,
 ut naturalem quantitatem ter, vel qua-
 ter superare videretur, hepate nihilomi-
 nùs satis magno existente. Sanguis ter-
 tiò æque in arteriis ac venis ita coagu-
 latus apparebat, ut instar filorum ad ul-
 na longitudinem extrahi posset, nec bilis
 in vesicula fellea naturalem suam obti-
 nebat consistentiam, sed naturali erat vi-
 scosior: antequàm autem homo ille, qui
 miles erat gregarius, suspenderetur, gan-


gre-


Grana utriusque pedis ob crurifragia ne-
 glecta & aeris frigidioris inclementiam,
 in quo per aliquot dies vixerat, & hinc
 febrī symptomatīcā inflammatoriā or-
 tā laboravit. Quartō ductum salivalem
 sub frenulo linguae, inter Whartonianos
 ab inventore dictos, tertium (de quo di-
 sceptatio fuit orta inter viros Clarissi-
 mos, Dn. nimirum Doct. Rivinum Lipsi-
 ensē & Dn. Doct. Bartholinum junio-
 rem Danum, ratione inventionis) non
 saltem reliquis modō commemoratis,
 ampliorem, sed etiam vesiculæ adinstar
 valde capacem deprehendi; hinc nullus
 dubitō, quin homo ille in vivis existens
 salivam cum impetu & quasi per siphō-
 nem ejaculare potuerit: Dari autem e-
 jusmodi salivæ ejaculatores, quotidiana
 testatur experientia. Ultimō demum
 superiores salivales Stenonianos ductus
 ita deprehendi, ut in utroque latere ma-
 jorem & bini minores autem versus con-
 comitarentur, quod non tantum Philia-
 tris tūm presentibus, sed etiam Medici-
 næ Doctōribus quibusdam summa cum
 dele-

delectatione demonstravi. Non verò
 phenomenon hoc pro novo vendito in-
 vento, ne in odium Eruditorum ob va-
 nam gloriolam incurram: Siquidem esse
 potest, ut alius recentiorum idem ante
 me observaverit, aut lusus saltem in hoc
 subjecto fuerit Nature. Si autem nemo
 hætenus illud observavit, habeo, de quo
 mihi gratuler. An per Nature lusus hæc
 nobis apparuerint, in virili hoc capite
 detruncato cadavere experiar, siquidem
 per varia negotia & impedimenta hæc
 eadem investigare hætenus in brutis
 non licuit. In eodem etiam kerniarum,
 que in scroto virorum fiunt, curandi mo-
 dum docebo: & quomodo ob calculum vel
 aliam causam suppressa urina beneficio
 catheteris sit educenda, monstrabo. Pu-
 blico verò bono hanc inserviendi exopta-
 tissimam occasionem subministravit nobis
 REVERENDISSIMUS ET ILLUSTRISSI-
 MUS DOMINUS DN. JOHANNES JACO-
 BUS WALPOTHUS, LIBER BARO A BAS-
 SENHEIM, DOMINUS IN BORNHEIM, OL-
 BRUCK ET WALLDORF, Metropolitanæ
 Eccle-

97.
Ecclesie Moguntinae Canonicus Capitularis &c. Eminentissimi Principis Electoris Moguntini, Domini nostri Clementissimi, Consiliarius intimus, Urbis atque Territorij Erfurtensis **PROPRINCEPS ET GUBERNATOR**, Dominus noster Gratiolissimus *singulari benignitate concesso hoc cadavere ad Anatomicos usus, quod devota & gratâ mentè agnoscimus. Ad hasce itaq; Anatomicas sectiones & demonstrationes Scientia Naturalis cupidos, in primis verò Medicinæ Cultores peramanter invito, simul admonens, ne occasionem hanc & videndi & discendi prætermittant, si olim Experientissimi atq; Dogmatici, non verò Empirici audire velint Medici. Initium fiet hodiè horâ tertiâ pomeridianâ in Auditorio hætenus consueto. Valet. Erfurti P. P. Die 6. Aprilis (27. Mart.) Anno 1686.*

† De hoc ductu salivali novo, quem bifidum in hoc subjecto fortè perlusum naturæ deprehendi, Antonius Nuck peculiarem scripsit tractatum, quem tamen nondum vidi, ubi hoc scripsi Programma: interim tamen cum illo, de inventionē non disputo. FINIS.





227 1366

ULB Halle


3

003 029 298



107

112





JUSTI VESTI,
 MED. DOCTORIS & P. P.
 IN
 ACADEMIA ERFURTENSI,
 DE
PURGATIONE
DOCTRINA
 THEORETICO-PRACTICA,
 BREVIS & SUCCINCTA,
Secundum Neotericorum mentem
 ADORNATA
 &
 MEDICINÆ STUDIOSIS, PRACTI-
 CIS^q JUNIORIBUS
 apprimè UTILIS & summè
 NECESSARIA.
 EDITIO SECUNDA & AUCTION.

 ERFURTI,
 Typis JOHANN. HENR. GROSCHL,
 Impensis, JOH. CAPAR. BIRCKNERL
 Anno M. DC. LXXXVIII.

